IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 158r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Propterea dignum est ut Confiteantur domino misericordie eius etc. ut supra
Dico confiteantur Et sacrificent sacrificium non pecudum
ut quondam sed laudis quia laudes plene prolate pro sacrifi-
cio reputantur et annuncient opera eius in seipsis experta
per mirabiles sanationes et hoc non cum tedio et merore
sed in exultatione devotionis
Propheta ostendit quod et gratiarum actiones fiende sint pro liberatione
a periculo maris ait Qui descendunt mare navibus faci-
entes operationes multas et laboriosas gubernando na-
ves et dirigendo in aquis multis
Ipsi viderunt opera dei que multa et insolita videntur
in mari et mirabilia eius que semper ibi operatur et maxi-
me in profundo maris
In cuius profundo sepe contingit quod Dominus imperavit et excitatus
est ventus et fortificatus conveniens mari et exaltati
sunt fluctus eius
Nam Ascendunt usque ad magnam partem aeris qui dicitur
celum et descendunt usque ad profundum maris quod dicitur abissus
et anima navigantis in malis tabescebat deficiebat animo
propter periculum imminentis naufragii
Et ex magna commotione maris Turbati existentes sunt
in navibus in cerebro sicut ebrius et turbatur caput et vires
sensitive quibus turbatis impeditur actus intellectivus et
per consequens omnis sapientia eorum deficit
Et isti clamaverunt etc. ut supra
Liberavit autem eos dominus hoc modo Quia convertit tempesta-
tem in auram suavem et tranquillam et cessaverunt
fluctus eius facti quieti
Et letati sunt homines in navibus existentes et edux-
it eos in portum desideratum
Confiteantur ergo domino etc. ut supra
Et exaltent illum debitas laudes ~~de~~ reddendo tam in
loco congregationis plebis quam in loco congregationis

Capite et viribus sensitivis turbatis impeditur actus intellectivus